



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 25. Nuntius Coloniensis ad terminandam hanc litem a Papa missus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

„ctrina a Lovaniensibus Doctoribus dam-
 „nata, spectatis Jesuitarum explicationi-
 „bus ab omni hæresis, errorisque suspi-
 „cione exempta est, quamvis opiniones
 „contrarias adhuc probabiles esse cen-
 „seamus.„ Trevirensis Universitas cen-
 sebat, quod propositiones tam in censuris
 contentæ, quam a Jesuitis Professoribus
 prolatae in Scholis probabiliter propug-
 nari valerent. Denique Ingolstadiensis
 Academia totam quæstionem ad sex re-
 vocat propositiones, quibus se favore de-
 clarat.

§. XXV.

*Nuntius Coloniensis ad terminandam
 hanc litem a Papa missus.*

Cum interim ejusmodi scriptis dissi-
 diorum flammæ adeo non extingue-
 rentur, ut potius indies magis accendi
 viderentur, supremus Jesuitarum Mode-
 rator Papam sollicitabat, ut is disputa-
 tionis æstum sua auctoritate sedare sa-
 tageret, quam in rem pariter ad eun-
 dem Pontificem Doctorum censuram,
 & Lessii apologiam unacum libello sup-
 plici per Bellarminum confecto trans-
 misit: igitur Sixtus V. cum ipsemet ce-
 leberrimus esset Theologus, vix per-
 ceptis propositionibus, quas Lovanien-
 sis, & Duacensis Universitates damna-
 verant, mox illas in publico Purpura-
 torum Senatu hanc in rem coacto præ-
 legi

Sæcul. XVI.
 A.C. 1587.

*Hist. de au-
 xil. Eleuth.
 l. 1. c. 13.
 pag. 41.
 Hist. aux l.
 Blanc. p. 20.*

Sæcul. XVI
A.C. 1587.

legi iussit, quamvis vero primo obtutu hæ propositiones haud aliam, nisi quam ipsemet profitebatur, doctrinam continere viderentur, nihilominus a Cardinalibus, ut suam quisque sententiam ediceret, petebat: porro hi hæc propositiones tanquam sanam doctrinam complectentes approbabant, unde ex ipsorum iudicio Pontifex ad Octavium Frangipanum Calatinum Episcopum, suumque apud Colonienses Nuntium quoddam diploma transmisit.

§. XXVI.

Sixti V. diploma ad suum Nuntium.

Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, ut Lovanium, cum primum commode fieri potest, te conseras, & quibuscum oportet, omni charitatis officio, & quæ es prudentia, studiosissime agas, ut earum contentionum, ac dissensionum finem omnino faciant universi, ac singuli, qui de iis articulis tam graviter inter se dissident, simul vero Mechliniensis Archiepiscopi operantur; huic enim Præfuli ipsemet Pontifex hanc in rem pariter perscribebat, atque in suo diplomate ad hunc Nuntium transmissio Lessii propositiones adhuc appellabat sanæ doctrinæ articulos: quinimo Nuntius quoque illas eadem hac prærogativa honorabat in suo decreto, quod postea pro hoc negotio ad
sacram